



# Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>



This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.

rea videtur praxis, ea quoque demum laudabilia, quæ in praxi nostra ad terminantes terminos reuocari queunt, materiæ successionis casum singularem, quippe quo specialior materia in praxi, eo gratior videtur, illustrandum animus est, nempe vti ex rubro apparet de prærogatiua diei & mensis circa deuoluendas hereditates, de cuius causæ iusta tractatione, vt vltterius apparet, videndum prius de tractatione diei & mensis generica, post deinceps vero nonnulli dies præprimis se commendabunt, circa hanc rem præ reliquis examinandi.

§. IV. Hoc vnicum antequam ad ipsam rem accedatur, ad prioris querelæ illustrationem adhuc quæ-  
rere liceat, annon istis difficultatibus circa successiones testamentarias remedium aliquod ex natura fidei commissorum parari queat, & quidem negari non potest, eam fuisse Augusti Imp. suggerente Trebatio primariam intentionem in introducendis fideicommissis, vt subtilitates testamentariæ, vna cum prærogatiuis ciuium Romanorum e medio tollerentur, vnde pro parte testatus pro parte intestatus eatenus quisque decedere potest, ex certo die, & ad certum tempus heres fieri, vno verbo testamento nostra propius ad fideicommissa quam testamenta Romanorum in se quidem accedunt, at vero peruersæ Doctorum interpretationes hæc omnia communiter adeo interuertunt, & in dubio principia testamentaria reuocant ad praxin, vt omnia in statu controuerso vbique remaneant, habeatque vexata praxis, quod quotidie disputet.

§. V. Hisce generaliter cognitis videamus nunc quoque de terminis rubri in se, ac deinceps de eorum effectu, iuridico: sicuti vero elegantissima

ter legum Romanarum receptionem nullam sane liceret deprehendere.

§. II. Equidem nonnulli iureconsultorum potissimum modernorum satis laboriosos se sistunt in eruedis rationibus ipsius iuris Romani, quibus ad inueniendū liceret forte feliciori opera monere & reducere re quam leguleiorum familiam vel gregem, ut ad rectam rem viam se pedetentim conuerterent, & a conclusionibus in se, si non iniustis tamen inutilibus desisterent; at vero operam abutuntur haecenus nisi fallor, si non omnes, at tamen plurimi, quatenus ad oculum nondum demonstrant ex qua thesi antiquioris iuris Romani haec vel illae conclusiones profluant, & qua varietatis ratione hodie sint inapplicabiles, ita, quando de defectu rogationis testium tota die mouentur controuersiae, quis non rideret, cui cognitum est atque perspectum, rogationes testium quondam constituisse in formula; *si ita velitis, ita iubeatis Quirites* non enim nudi testes adhibebantur in actu mancipationis, sed deputati curiarum, qui comitiorum quorundam solennia supplebant, vnde in codicillis cessabant rogationes testium *l. 8. §. 3. C. de codicillis*, quod tamen hodie item tidem frustraneum, vbi pro *certioratione* aliqui sumitur rogatio.

§. III. Ab intestato successio tantis quidem difficultatibus involui non videtur, quippe quae nouiorum temporum origine gaudet, nihilominus tamen in decidendis controuersis huc pertinentibus non potest negari ad antiquam doctrinam ipsis Romanis familiarem, seu leges ciuiles non satis perceptas nonnunquam recurri; sane haec meditationes nos vocassent fere a illarum vltiorem explanationem sed quoniam au

rea videtur praxis, ea quoque demum laudabilia, quæ in praxi nostra ad terminantes terminos reuocari queunt, materiæ successionis casum singularem, quippe quo specialior materia in praxi, eo gratior videtur, illustrandum animus est, nempe vti ex rubro apparet de prærogatiua diei & mensis circa deuoluendas hereditates, de cuius causæ iusta tractatione, vt vltius appareat, videndum prius de tractatione diei & mensis generica, post deinceps vero nonnulli dies præprimis se commendabunt, circa hanc rem præ reliquis examinandi.

§. IV. Hoc vnicum antequam ad ipsam rem accedatur, ad prioris querelæ illustrationem adhuc quærere liceat, annon istis difficultatibus circa successiones testamentarias remedium aliquod ex natura fidei commissorum parari queat, & quidem negari non potest, eam fuisse Augusti Imp. suggerente Trebatio primariam intentionem in introducendis fideicommissis, vt subtilitates testamentariæ, vna cum prærogatiuis ciuium Romanorum e medio tollerentur, vnde pro parte testatus pro parte intestatus eatenus quisque decedere potest, ex certo die, & ad certum tempus heres fieri, vno verbo testamento nostra propius ad fideicommissa quam testamenta Romanorum in se quidem accedunt, at vero peruersæ Doctorum interpretationes hæc omnia communiter adeo interuertunt, & in dubio principia testamentaria reuocant ad praxin, vt omnia in statu controuerso vbique remaneant, habeatque vexata praxis, quod quotidie disputet.

§. V. Hisce generaliter cognitis videamus nunc quoque de terminis rubri in se, ac deinceps de eorum effectu, iuridico: sicuti vero elegantissima



sunt & notatu digna, quæ de *prærogatiua* obseruauit Gronouius in *obseruat. cap. 1.* ita hæc vox in variis quibusque legibus Romanis deprehenditur, veluti: non potest *se* uti *prærogatiua deductionis*, dicitur in *l. ii. ff. de administrat. & pericul. tut.* contentus esse debet hæc *prærogatiua* in *l. 3. §. vlt. ff. de Carboniano Edicto, aduersus alium* si velit *prærogatiua iurisiurandi* uti in *l. 9. §. vlt. ff. de iurisiurand.* de *prærogatiua temporum* inter creditores seruanda, dicitur in *l. vlt. §. 9. in fin. C. de iure deliberandi*, sicuti ulterius huius vocabuli mentio fit in *l. 4. de Fabricensibus l. 10. C. de excusatione munerum l. 2. C. in integrum restitut. minor. l. vlt. Cod. si aduersus liberum* & variis aliis iuris nostri textibus, communiter verum etiam in sensu iuridico denotat ius quoddam præcipuum speciale seu priuilegiatum, sicuti ostendit Brissolius de *verbor. significat.* sub voce *prærogatiua*, quamuis quoad comparisonem cum priuilegiis hæc inter esse nobis videatur differentia, quod priuilegium supponat textum iuris expressum & legem singularem, *prærogatiua* vero etiam ex identitate rationis colligi possit, cum alias ista identitas in priuilegiis iuris singulari minime attentenda, sed solum ad nudum tenorem & dispositionem legis respiciendum.

§. VI. Vox diei illud proprie tempus denotat quo sol nobis lucet, inde *Isid. lib. 3. c. 50.* sol oriens diem facit, occidens noctem inducit, nam *dies est supra terras, nox est sol. sub terra*, & latinis soles sunt dies, *Varro lib. 4. de lingua latina.* est vero dies vel naturalis vel ciuilis, naturalis ab ortu solis ad occasum computatur; ciuilis vero tam diem quam noctem comprehendit, & sicuti diuersa est dierum computatio, iste computandi modus diuersis gentibus eorumque tradit

traditis & doctrinis sectisque originem debet, quatuor autem diuersos ab inuicem computandi modos vt plurimum a sacerdotibus adinuentos offendere licuit. Alii enim a solis exortu ad exortum diem computant vt Babylonii & vulgus omne, alii a meridie ad meridiem vt Vmbri, & qui Astrologiam profitentur; Alii ab occasu solis ad occasum vt Athenienses & nunc Arabes. Alii a media nocte ad mediam noctem, vt Romani sacerdotes item Ægyptii, & Hipparchus, de qua re vt & alias de varia dierum diuisione vid. Scaliger *de emendatione temporum lib. 1.* vid. quoque Cuiacius *lib. 15. obseruat. c. 32.* & omnino quæ hoc loco collegit sub voce dies *B. Dominus Cellarius in Fabro.* Martinius in lexico philologico aliique plures, quid sibi interea voluerint verba *Genes. 1. da ward aus Abend und Morgen der erste Tag* cum tamen postea demum sol esset creatus, sine quo diem & vespere ne mente quidem concipi posse videtur, omnibus & tot elegantibus commentariis suppositis assequi ductu nudæ rationis non licet, neque opinio existimantium præferenda, quod mera hieroglyphica quædam tractatio toto isto capite contineatur, sed sufficere nobis poterit summaria & prima denotatio Lucis & tenebrarum.

§. VII. Quoad iuridicam contemplationem diei generalem & quidem eius computationem sciendum, quod legibus Romanis dies computetur idem talem a media nocte ad mediam noctem *l. 8. ff. de feriis* vid. Macrobius *lib. 1. saturnal. c. 3.* nihilominus quando in legibus de prima, sexta, septima hora mentio fit, itidem ab ortu solis computatio instituitur & ita capiendæ sunt *l. 7. ff. de usurpat. l. 5. §. ult. ff. de seru-*

*tut. l. 14. ff. qui testamenta facere poss. l. 1. ff. de manum*  
*l. 25. § ff. de liberis & posthumis l. 2. ff. de annuis legatis* ali  
 ve plures, & quamuis Canonica dies iudaico co  
 putandi modo a vespera ad vesperam formetur, n  
 hilominus in præbendis & aliis perceptionibus ec  
 clesiasticis ad legem civilem dies computatur, vt a  
 pareat de initio mensis papalis vel capituli, de q  
 tamen re in tractatione singulari plura occurrent, qu  
 interea dies & consul in *l. 4. ff. de edendo* item in *l.*  
*Cod. de diuersis rescriptis l. 2. §. 6. ff. testamenta quemadm*  
*dum*, item quid sibi velint dies vtiles seu sessionu  
 & continui, quid in genere cedere vel venire in dies  
 hoc sane ex iure nostro aliunde notum est, & eat  
 nus generaliter huc non pertinet, de repetita quoqu  
 die seu prolata in iure varia occurrunt, de quibus  
 professo egit Dn. Præses in *dissertat. peculiari de rep*  
*tita die.*

§. VIII. Restat vt generice de mensibus qua  
 dam præmoneamus, & sicuti a mathematicum cultor  
 bus soli tribuitur dies, ita Lunæ eiusque cursui ac cor  
 nexioni cum reliquis astris mensis varietas communi  
 ter tribuitur, quamuis inter mensē naturalem & c  
 vilem item solarem & Lunarem quædam intercedan  
 de quibus Scaliger *de emendat. tempor. lib. 1.* item in  
*chronolog. Can. lib. 1.* interea illud hoc loco obserua  
 meretur, quam eleganti mensium computatione ve  
 teres Germani, puta Saxones potissimum, ab ann  
 subtilitate, qua Chaldæi, Persæ & Arabes aliique olim  
 vexati fuerunt, recesserint & quo innocentissimo re  
 ctissimo tamen formandi modo fuerint vsi, non enim  
 quoad menses vel solem vel lunam vel vllum aliud  
 astrorum vel ipsum cœlum respiciebant, sed solum  
 mare



mare, æstuationemque huius, fluxum ac refluxum, sex nempe horas inundationis, totidemque refluxus vnicespectantes, vid. Martinius. *in lexico philologico sub voce ledo, maris æstuatio*, vbi simul commonstrat qua ratione sine dubio tredecim menses ipsis ex natura negotii fuerint, vocabant autem ita 1) Halegmonath 2) Wintyr fullith 3) Blothmonath 4) Giuli prior 5) Giuli posterior 6) Solmonath 7) Rethmonath 8) Chosturmonath 9) Trimilchi 10) Lida prior 11) Lida posterior 12) Lida embolimus 13) Weidenmonath, quæ denominationis mutatio in hodierna vocabula Carolo Magno tribuenda videtur, quippe cui denominatio mensium & ventorum communiter adscribitur, cum proinde annorum principia & instituta, quæ in variis iam tum valde romanizabant, Saxonum moribus vetustissimis & innocentissimis se insinuaerint, in Anglia interea milites tredecim computare menses & ita quoque stipendia capere, sicuti in vulgus notum, ita ab illis Saxonum antiquis moribus hanc rem originem trahere satis credibile, potissimum cum de ista Saxonum gente, quoad nominatos menses mentio nobis fuerit, ex qua Angli ortum trahunt.

§. IX. In legibus nostris de mensibus varia quoque fit mentio, veluti quod triginta diebus consistit *l. 12. ff. de statu hominum § l. 2. §. vlt. ff. de suis & legitimis*, ita enim quando lex duorum mensium facit mentionem etiam qui sexagesimo die venerit audiendus est. Præscriptionibus tamen temporalibus solet vna dies superaddi, mensis autem intercalaris constat ex diebus viginti octo *l. 98. §. vlt. ff. de verborum significatione*. Illud præterea generaliter de mensibus notum, quod vndecimi rarius duodecimi initium quoad partum irregularem adhuc admittatui,



tatui, cum regulariter decimo mense olim pepererit  
 veluti ex sacra scriptura patet: *lib. Sap. c. 7. v. 2.* hodie non  
 no parere consueuerint, quænam vero sit huius ratio  
 quod olim decimo mense consueuerint parere, hoc  
 nono soleant. vid. Turneb. *lib. 4. aduersar. cap. 21.* h  
 vero generaliter disquisitis, nihil superest, quam  
 ad specialiora procedamus examinando quinam dies  
 & menses specialiter in legibus præ reliquis notati, d  
 que eorum prærogatiua potissimum circa deuolue  
 das & ita capiendas hereditates.

§. X. Ipsæ Calendæ Ianuariæ primo loco  
 textibus iuris occurrunt, obseruandum vero voce  
 calendarum deriuari a calare, quod est conuocari  
 unde etiam calata comitia dicuntur conuocata, se  
 curiata, hæc enim sola per conuocationem fiebat  
 ad differentiam centuriatorum, quæ per tibicines  
 congregabantur, vid. Gellius *lib. 15. cap. 17.* ita etiam  
 calendæ sine dubio a calare initio dictæ videntur, e  
 quod is dies per præconem calari, id est, proclama  
 consueuerit vid. Petrus Mosellan. *in notis ad Gelliu  
 dict. loc. ad verb. calata comitia,* dicitur vero de calen  
 dis Ianuariis in *l. 5. ff. de feriis,* quod pridie Kalendas I  
 nuarias Magistratus neque ius dicere, sed nec sui p  
 testatem facere consueuerint, cuius rationem add  
 Godofred *in not. ad dictam l. 5.* & quidem ex *nou. 105. ca  
 1.* nempe quod calendis Ianuariis consules & Mag  
 stratus Magistratum inierint, quæ quidem dispositi  
 vel identitatis ratio ad alios æque feriatos dies nostru  
 thema vel tractandi modum adeo non tangit, vt e  
 inde effectus quidam specificus capi possit, nisi forte  
 huc applicare velis, ea quæ, ex præscriptione ho  
 loco moueri possent circa deuoluendas hereditate

non enim præscriptio currere posset ista die, vbi iudicis adeundi nulla copia.

§. XI. Nihilominus hoc loco & cum de initio anni quæstio fit, potissimum nostro computandi modo, examinari apprime potest illa regula:

*annua si debes tunc inspicias caput anni  
anno si debes in fine teneberis anni.*

cum ad nostrum scopum præcipue quadret, sicuti vero ipsa decisio in se satis est liquida & intellectu haud difficilis, nempe quod in annuis salariis aliisque præstandis, quoad transmissibilitatem ad heredes initium seu prima dies anni spectetur, in tantum vt etiam si nihil operarum vel causæ reciprocae præstiterit percipiens, nihilominus capiant heredes totam anni præstationem seu salarium, vnde etiam ex post facto annus gratiæ das Gnadenjahr originem traxisse videtur, quæ sane maxima est prærogatiua diei in deuoluenda hac parte hereditatis. Duplex vero quæstio in hac causa pertractanda videtur rite dispescenda, primo an aliqua ratione freta sit hæc regula, deinceps vero quare videatur introducta, & quæ introducentium ratio; negamus vero quoad primam quæstionem rotunde, vel vllam rationis seu æquitatis scintillam in hac dispositione deprehendi vel ideo, quoniam communiter annua illa exsoluenda præstantur pro aliqua causa, qua non secuta secundum omnem analogiam iuris etiam causa conditione sine causa solutum repeti potest, quidni multo magis nondum præstitum vel solutum exceptione doli generali opposita possit retineri, posterius vero seu ipsius fori obseruatio & quare nihilominus contrarium iure nostro seruetur, videtur ex antiquis iureconsultorum Stoicorum prin-

cipiis descendere, qui inutili critica & verborum se-  
 vocabulorum rigorosa scrutatione per totum ius no-  
 strum abusi omnia communiter intricabant, vno  
 etiam fluebat, vt si quis annum quid promittere  
 sed tamen ad decem vel octo tantum annos, his an-  
 nis finitis obligatio in se, seu ipso iure, neutiquam  
 exspiraret, quia annus, annua, annum aliquid perpetui  
 continere videbatur, sed ope demum exceptionis  
 obligationi finis esset imponendus, quicquid vero hu-  
 ius sit, in praxi nostra sententia, quod annum ex-  
 soluendum transeat in heredes dummodo caput anni  
 superuixerit, receptissimum est, & hoc ad nostram  
 hypothesein, pro egregia nempe praerogatiua diei  
 mensis initiati circa hanc partem hereditatis alias no-  
 deuolutam vel capiendam sufficere potest.

§. XII. De Calendis Februarius dicitur in *l. 12. de  
 verbor. oblig. §. 1.98. ff. de solution.* & quidem diis inferis  
 ac mortuis hic mensis erat tributus, quæ tamen sen-  
 tentia & quid sibi ethnica philosophia per Deos inferos  
 ipsumque Februarium voluerit, rudisque dicitur  
 hisce principiis hodierna doctrina ad ductum Verri  
 lamini, in tractatu de sapientia veterum, a labe & viti-  
 tio crasso rerum grammaticarum & antiqua philoso-  
 phiæ inscitia & imperitia est februanda seu purgan-  
 da, sufficit enim tam ridiculas opiniones, comparatio-  
 nes Proserpinæ, Plutonis cum demonibus malignis  
 quas hodierna historiographia, quæ rarius ad aliquod  
 secula originem rerum protrahere valet, adinuenit  
 ipsis sapientissimis gentilibus ne quidem in mentes  
 venisse, alias ridiculum fuisset formulæ iuramenti fe-  
 natorum apud Romanos inferere clausulam, quod  
 æque diis superis ac inferis morem gerere, hoc e-

sum



summa ope niti velint, vt de virtute in virtutem de scientia in scientiam, de sapientia in sapientiam deque iustitia in iustitiam prodirent & prouenirent; ipsæ vero calendæ Februariæ hoc loco saltem exempli causa pro termino solutionis nominantur, sicuti quoque calendæ Martiæ in *l. 58. in pr. ff. de usufruct.*, ita vt hi dies nullam de iure digestorum prærogatiuam circa deuolutionem hereditatum post se trahant, hoc est vt nihil heredum intersit, an is de cuius hereditate eiusque deuolutione quæritur calendis Februariis vel Martiis diem suum obierit, quæ simul est explicatio rubri dissertationis de prærogatiua diei circa deuoluendas hereditates, nihilominus tamen casus in dicta *l. 58.* quoad calendæ Martias propositus vtiliter ad nostram rem adplicari potest, scilicet, quod etiamsi promissio seu terminus solutionis in istam diem & terminum prorogatus, si tamen defunctus usufructuarius, (nam in tota hac doctrina de eo agitur, qui ius tantum reuocabile habuit, ante ipsum terminum moriatur vsque ad illud tempus, quo obiit fructuum ciuiliū perceptionem ad suos heredes transmittat. & eo pertinent verba finalia citatæ *l. 58. in pr. fructuariae vero heredem sua die, secundum ea quæ proponerentur integram pensionem percepturum.*

§. XIII. Quamuis itaque directo ipse terminus calendarum Martiarum in hac lege & iuribus digestorum separatam prærogatiuam post se non trahat, nisi eatenus, sicuti §. præc de monstratum, præsto tamen est textus iuris feudalis, ex quo ista prærogatiua specifica deduci possit nempe *2. F. 28. §. fin his consequenter*, quem textum, cum satis elegans & curiosus sit, integrum liceat breuibus exami-

nare, verba vero dispositionis hæc sunt: *his con-*  
*quenter dicitur, quod si vasallus decedat sine herede mas-*  
*lo & contingat feudum ad dominum reuerti, sic distinguitur,*  
*quod si ante Martium, omnes fructus illius anni ex feudo p-*  
*venientes ad dominum pertinebunt, si vero post calen-*  
*Martii usque ad Augustum, omnes fructus qui interim p-*  
*cipiuntur ad heredes vasalli pertineant, si vero post Au-*  
*stum omnes fructus anni percipiet dominus. Quidam tam-*  
*dicunt quocumque tempore anni decedat, omnes penden-*  
*fructus ad dominum pertinere. ex quo textu cum liq-*  
*diffiniendi diei & mensis prærogatiua circa deuoluenda*  
*hanc partem hereditatis nempe fructus alias non co-*  
*petentes elucescat, ante omnia hæc annotatio obs-*  
*vanda, quod ea quæ de casu, si feudum ad ipsum d-*  
*minum reuertatur extendenda quoque fiat ad istu-*  
*casum, quando feudum ad alium æque vasallum tra-*  
*eat, nempe vt & tunc fructus ita supposita morte o-*  
*functi vasalli prouenientes ad heredes eius allodia-*  
*perueniant, & quidem ob identitatem rationis, qu-*  
*eo scilicet tempore omnis cultura & cura iuncta*  
*minis suppeditatione intercesserit, atque adeo æqu-*  
*simum sit, quemlibet laboris sui fructus & commo-*  
*ferre, quippe quæ communis & doctorum senten-*  
*tia & verborum legis practica explicatio seu interp-*  
*tatio vsualis, quamuis quoad accuratam ad rura-*  
*lica suppositam interpretandi rationem nonnulla p-*  
*sent moneri.*

§. XIV. Etenim non parum vexantur Doctores,  
 res, quoad explicationem genuinam dicti textus  
 quum potissimum verba finalia: *si vero post Augustum*  
*omnes fructus anni percipiet dominus* haud exiguan-  
 xandi & vltius diuinandi ansam suppeditauerint,  
 qu

quam Doctorum & interpretum rationem antequam nostram opinionem conferamus, operæ pretium erit, præprimis querere, an non durum sit & iniquum, ad vnicam, diem v. g. calendarum Martii referre totam adiudicationem fructuum integri anni, vt si post hanc diem obierit vasallus vel alius fructuarius, totus annus profit heredi, si vero ante illam decesserit, tam enorme sentiat damnum & tota fructuum perceptione priuetur, sed respondetur, nec quicquam iniquitatis sub hac decisione latere, nam tota quæstio versatur de lucro captando & alias incompetente modo, quando enim dicitur, quod post calendas Martii vasallus seu successor feudalis, vel in casum aperturæ, de quo loquitur textus, ipse dominus feudum & cum eo fructus percipiat tunc nequam supponitur, quod non teneatur heredibus allodialibus ad restitutionem eorum, quæ impenderunt pro cultura & cura imo ipso femine vulgo *Artlohn/ Bestellung und Saamen*/hæc enim omnia in restitutionem & computationem veniunt, de qua re & iuribus eo applicandis deinceps dicetur, vt adeo mera quæstio lucri, si impensis deductis aliquid supersit, considerata veniat, intuitu cuius certa dies ad rationem æquitatis determinata, vt certitudo per omnia in iuribus nostris reperiat, sicuti in præscriptionibus, facile eligi poterit.

§. XV. Quæstio nunc erit de explicatione textus in se, & quidem variæ eatenus sunt Doctorum sententiæ infinitis diffensionibus obuelatæ, de quibus euolui possunt Molineus in materia feudalit. 1. §. 11. Hartm. Pistor. lib. 1. qu. 24. n. 47. Bachou. ad Treutlerum vol. 1. dissert. 16. §. 9. Schrader de feud.



*p. 2. part. princ. 9. sect. 3. n. 46.* variique Doctores alii legati potissimum apud Hartm. Pistorem *cit. l.* & cu potissimum eo recurrant omnia dubitationum mmenta: an prior vel posterior in textu recensita opnio seruanda. Deinde quid hoc sibi velit, quod post Augustum mortuus, fructus ad heredes plane non transferat sed illi penes vasallum maneant; nobis aut omnia eo respiciendum videtur, quod prior opinio de fructibus post calendas Martias in heredes fructuarii vel defuncti vasalli transmittendas, sit iuris Saxonici & Germanici, posterior vero sit iuris ciuiliis Romani. Apertum vero est Longobardos ex prosapia Germanorum oriundos introducere voluisse opinionem iuris Germanici & praeferre illam iuri ciuili tanquam summa aequitate, propter praecedentem culturam curam, fundatam, inde textus ita re vera est paraphrasi quadam supplendus & interpretandus: cuius summa aequitatis ratio de praecedenti cultura & cultura suadeat, heredem vasalli vel alius fructuarii omnes fructus anni fructus post omnem adhibitam culturam percipere, aequum etiam videtur, vt certitudo quaedam adsit, tempus quo addam determinare vt est tempus laboris post Augustum coepti & ante calendas Martii, suppositis terris Italicis, absoluti & peracti quod ad messem ex isto labore prouenientem sentiat, quae uis ratio iuris ciuiliis, ex quo omnes *pendentes* fructus ad dominum pertinent, aliud suadeat, huc quadrat verba finalia citati textus atque adeo introducta est re feudali opinio moribus Germanicis, potissimum Saxonis, itabilita, & aequitate fundata reiecto rigore & critica iuris Romani, de dominio fructuum perceptionem demum acquirendo, quid vero hoc

velit, quod post Augustum mensem omnes fructus anni percipiat dominus, & annon noua exinde iniquitas oriatur, de eo dicemus deinceps, ceterum ex textibus digestorum & aliunde illud adhuc quoad calendas Martias obseruandum, quod ex iis, sicuti apud nos ex festo Trinitatis, fundi & prædia locari, iisdemque pensiones inferre consueuerint, vti apparet ex *l. 7. §. 2. ff. solut. matrim. l. 58. ff. de usufruct.* nec non quod iste dies mulieribus festus fuerit, muneraque illis mitti solita v. *l. 31. §. si vir. uxori ff. de donat. inter virum & uxorem* vnde Martialis *lib. 5. epigramm.* Martias calendas saturnalia feminarum appellat, sicuti quoque obseruarunt *Guilhelm. Budæus, Solinus in polyhistore, & alii.*

§. XVI. De calendis porro Aprilis dicitur in *l. 7. §. e contrario 2. ff. solut. matrimon.* quod si in istis diuortium forte fuerit secutum duodecimam partem mercedis, puta fundi a marito locati, ipse, & consequenter eius heredes lucrentur, quæ pars duodecima supponit, quod calendis Martiis antecedentibus regulariter fundi locari soliti fuerint, sicuti iam demonstratum §. præced. vid. quoque *Briffon. de V. S. sub voce calend. Septembr.* quare etiam in verbis dicti §. 2. finalibus statuitur, quod pro modo temporis omnium mensium, quo dotale prædium fuit, ex mercede, quæ debetur, portionem retineat, supposito, quod diuortio facto fructus regulariter diuidantur & quidem non ex die locationis, sed habita ratione præcedentis temporis, quo mulier in matrimonio fuit, sicuti expresse dispositum §. 1. citat. *leg. 7. ex quibus omnibus cum effectus eorum, quæ statuta certa die capiuntur, ad heredes transeat, luculenter apparet, quanta sit prærogatiua, sic deuolui hereditatem, ex eo, quod defun-*  
ctus

Etus isto mense dieque decesserit vltcrius quoque l. ff. de verb. obl. mentio fit de calendis Maiis, his verbis *hoc iure vtimur vt ex hac stipulatione, si Lucius Titius ante calendas Maias in Italiam non venerrit, decem dare stipulatus, non ante peti quicquam possit, quam exploratum, ante eam diem in Italiam venire Titium non posse, neque venisse, siue viuo siue mortuo id acciderit, quamuis vchic casus ad nostros terminos habiles multum non conferat, cum mere inter viuos primario & principaliter hæc dispositio ad normam stipulationis quæ dret, liceat tamen curiositatem circa rigorem stipulationis & criticam Stoicorum iureconsultorum reirare in verbis finalibus *siue viuo siue mortuo id acciderit* quippe quæ alias dispositio contra omnem iuris rationem, promittentium seu paciscentium liquidam intentionem sanamque rationem impingeret.*

§. XVII. Vt vero calendæ demum finiamur restant calendæ Iuliæ, septembres & Nouembres quibus in legibus expressa dispositio exstat, & quædem de Iuliis dicitur in l. 9. in pr. ff. quo potiores in pignore. at vero cum ista dispositio saltem decidat, quod in pignore quod alteri constitutum potior esse debet, quod alias ex iure notum, inde ad nos hæc non quædrant, meliori vero argumento ad nos pertinent quæ de calendis septembribus disponuntur l. 23. in pr. ff. recept. qui arbitr. receper. potissimum cum ibi de potioritate agatur in euentum commissa *si arbiter intra calendas septembres dari iusserit*, & hoc quidem ex natura conditionis promissi, vnde etiam hæc pœna ad heredes transferri videtur in tantum vt ad istos deoluatur pro parte hereditatis, etiamsi is cui pœna exsoluenda erat, ante dictas calendas decesserit, quod ex indole arbitrii



concludendum, dummodo defunctus post calendas oblatum non acceptauerit, tunc enim expressa dispositio *cit. leg.* obstaret heredibus; quæ demum de calendis Nouembribus adduntur in *l. 7. §. Papianus ff. solut. matrim.* de iis quodammodo iam dictum *§. preced.* supponebatur autem tunc temporis diuisio fructuum inter coniuges post diuortium subsecutum, hodie vero distingui solet, an ex causa adulterii, quo casu maritus omnia lucratur, an ex alia causa diuortium intercesserit, item quæ pars sit nocens, quænam innocens, quæ omnia huc non non pertinent, ast illa tamen verba legis quando dicitur, *si coactis vindemiis altera die diuortium intercedat*: fructus integros retinere maritum, ad casum mortis quoque adplicare licebit, cum vero in genere in legibus Romanis, quoad fructus ad illud tempus si percepti sint, respectum fuerit, quo etiam fructus coacti *zusammen gebracht* pertinent, quod alias nonnulli in dubium vocant, nisi in horreum fructus redacti, hodie autem ad culturam & curam maiorem etiam quoad vineas peractam attendatur vnice, de qua re deinceps inde hæc prætermittamus, saltem adhuc elegantem computandi rationem ex *dicto §. & seq.* laudare liceat, suppositis fructibus pro ratione mensium diuidendis.

§. XVIII. De Idibus Septembribus dicitur in *l. 122. §. 1. ff. de verbor. obl.* vt & in *l. 89. ff. §. 2. de solut.* Sed hæc specifica harum dierum mentio ad nostrum vsum remque præsentem non spectat, cum saltem dies ibi ficti sint, vel pro certo casu, ad terminum obligationis tantum præfiniendum allegati, nec putandum ex *alleg. l. 89.* quod regulariter dies solutionis fuerit Idibus Septembribus, sicuti calendis Martiis lo-

cationes fiebant & pensiones aut mercedes soluebantur, vti superius dictum, illud enim natura stipulationum non admittit, quamuis ita videri posset ex verbis, ita vt viginti prius soluerentur: i. e. Idibus Septembris, nam hæc verba tantum supponunt, quod diu prior conditio obligationis, maiorum vsurarum, potest illum terminum demum inceperit; vt vero ipsas leges singulares, quosdam dies annotantes finiamus, quosdam adhuc actus vltimo loco considerandi veniunt, qui non ipso die & determinato tempore, in se se pridie perfecti esse debent, pridie vero regulariter priorem tantum seu præcedentem diem notat, non nunquam tamen & longius aliquod tempus indicat, vti in *l. 10. §. fin. ff. de fideicommissar. libert.* ex qua quidem lege rigor aduersus eum, qui se vendi passus est, ignorans fideicommissio libertatem sibi datam, obseruare potest, ad nos vero alias ista lex non pertinet, sed alia dispositio adest in *l. 1. ff. de manumiss.* vbi dispositum ante quidem vigesimum annum neminem permissum manumittere, quod si quis tamen calendis Ianuarii natus & post sextam noctis pridie calendas manumiserit valere, quoniam sine dubio, vti ex hac dispositione liquet, vltima dies hoc loco haberi debet præ completa, quam diei prærogatiuam ad reliquas omnes alienationes applicare placet, quia manumissio est species alienationis, etiam si quis pridie quatuordecim maioræ factus est alienauerit, quamuis enim tempora restitutionis alias sint continua & intuitu computandæ maioræ ætatis tempus currat de momento in momentum; hoc tamen obtinet solummodo pro favore restitutionis minorum, nunquam vero hoc applicatur ad alienationes, potissimum vero omnis ali-

natio per mortis causa dispositionem principaliter fideicommissum ob hanc iuris dispositionem seruari debet, etiamsi quis pridie quam pubes factus sit disposuerit, manumissio enim est alienatio, & sine dubio manumissio quoque per ultimam voluntatem fieri potest *tot. tit. ff. de fideicommissar. libertat.*

§. XIX. De cetero quod pridie calendas Ianuarias magistratus olim ius non dixerit ex *l. 5. ff. de feriis* iam dictum antea; alia vero prerogatiua & fauor pro heredibus colligi potest ex *l. 7. ff. de usurpat. & usucap.* nempe quod etiam res tanquam usucapta ad heredes transeat, si quis pridie calendas Martii mortuus sit, cum ipsis calendis Ianuariis possidere coeperit, hoc est quod intuitu usucapionis coepta dies habeatur pro completa, dummodo iterum hora noctis sexta praeterierit, id est, apud nos duodecima, quod adhuc sequimur, alii praeterea textus quoad hanc diem adsunt veluti *l. 20. §. pridie ff. de hered. petit. l. 1. §. astate ff. de aqua quotid. & aestiua. l. 5. ff. qui testam. facere possunt*, in qua potissimum regula stabilita expressis verbis, quam *§. praeced.* dedimus, nempe quod etiam in testamentis & pubertate testatorum dies coepta habeatur pro completa, proinde in *l. 7. ff. solut. matrim.* disponitur de casu, si mulier pridie vindemias dotem dederit, at vero quando deinceps de effectu iuridico circa dies specificus erit sermo, de dote quoque varia notanda venient, ultimo in *l. fin. ff. de institoria actione*, de morte praepONENTIS occasione huius diei curiosa tractatio est, quae eatenus & generaliter hoc loco obseruari meretur, quod morte praepONENTIS sicuti leges praepositionis finiuntur, ita quoque heredes incommodum aliquod post mortem praepONENTIS sentire



non debeant, nec etiam e contrario commodum, nisi in  
iis casibus, ubi alias hoc in legibus permixtum, quod  
ex conuenientibus materiis & titulis iuris est haurien-  
dum,

§. XX. Antequam nunc ad alias dies in praerogativa  
quoad praerogatiuum hereditatis receptas, licet legibus  
& textibus iuris incognitas progrediamur, illud  
hoc loco breuiter monendum, quod si quis ante diem  
vel terminum litis contestatae moriatur, sicuti in con-  
modum intuitu contractuum, ita iure Romano quoque  
commodum intuitu poenarum ex delicto & reliquis  
rum poenaliu actionum ex ista mortis die ad heredes  
deuolui possit, notum enim est, quod nisi lis con-  
testata, actio poenalis aduersus heredes non transeat  
& quamuis ex alio capite actiones poenales hodie plene  
cessent, cum in statu populari, ubi regalia erant  
entia rationis, introductae, hodie vero poenae perti-  
neant ad fiscum & regalia, nihilominus tamen illis, quae  
actiones poenales adhuc admittunt, egregia videtur  
cautela, ne quis ad litem contestandam sit sine neces-  
sitate facilis & procliuus, nam uti omnes vniuersimodum  
iureconfulti fatentur & compendia iuris perpetuum  
nisi lis sit contestata ad poenam exsoluendam heredes  
non tenentur, iuuabit vero theoretice hoc loco nosse  
quod haec dispositio olim prouenerit ex singulari prin-  
cipio, quod litis contestatio fuerit specialis contra-  
ctus, qui perficiebatur coram testibus & publice quae-  
dam, atque adeo post illam degenerabat natura actio-  
nis ex delicto in naturam actionis ex contractu, quae  
hodie cessante, delicta deberent solummodo manere  
suos auctores nec vlla vice tangere heredem; nihilominus  
tamen cum conclusiones, quod ubique dolentur

mus ex iure antiquo in praxi sæpius retineantur, res aliter se habet, & illud saltem adhuc notandum, quod non obstat, quando ob contumaciam præcipue extra Saxoniam pronunciatur, daß *wiedrigenfalls* lis pro negative contestata gehalten und Klägern via probandi eröffnet werden solle/nam non dies & terminus quo litis contestatio fieri debuisset hoc loco attenditur, sed quo re vera peracta, longe maior vero, quoad hodiernas inquisitiones, prærogativa heredum est, si delinquens ante diem latæ sententiæ condemnatoriæ moriatur, tunc enim heredes pœnam non solvunt, quod etiam ex iusta analogia iuris ad institutas actiones fiscales applicavit Facultas Iuridica.

§. XXI. Venimus nunc ad dies in praxi nostra & iure hodierno vt plurimum quoad prærogativam iuris alias reuocabilis, & ad heredes hoc facto & hactenus suppositione tantum transeuntis receptos, vbi potissimus dies Urbani, Margarethæ, Iacobi, Laurentii & Michaelis numerandi veniunt, vt & quoad Marchiam tempus maturitatis fructuum, postquam enim fundamentum omne ex cultura & cura hauriendum, & eo omnis huius rei tractatio & tractandi causa collimat, secundum vero loci naturam & consuetudinem, tam initium quam finis istius culturæ variat, ad instar calendarum Martiarum in Italia, de quibus eleganter & solide ex moribus & Doctoribus Italis egit illustr. Dn. Cancellarius de Ludewig in *Opusculis Tom. II. p. 1223. & sequ.* alii alios dies in hunc effectum receperunt, ita ad maturitatem quandoque respicitur, quippe quæ sententia est meri iuris statutarii, absque vlla ratione; peracta enim cultura, quare expectanda maturitas, nihilominus tamen & in illis locis non ad maturitatem strictissimam, quippe cuius

dies adeo determinari certo non potest, sed ad id, quando maturescere incipiunt fructus, respicitur, & adeo tardiori tempore subsecuta mors, præmium culturæ tantum tribuit, hinc in Marchia, Prignitzia, prouincia Lebusiana & Comitatu Rupinensi spectatur dies 17. *Iulii*, qui est *Margaretæ* vid. *Scheplitz* & *Köppe* aliique allegati a *B. domino de Cocceii* in *dissert. de iure seminis sect. 4. §. 7.* in Marchia veteri dies 28. *Iulii* qui est *Iacobi*, in Marchia noua & prouincia Stolpensi dies decimus *Augusti* qui est *Laurentii*, ita vt hæc portio hereditatis, nempe incrementum & præmium culturae ex messe, deductis deducendis profluens, ad heredem non deoluatur, nisi defunctus possessor temporarius post illos dies decesserit, in quo tamen in se egregia prærogatiua dierum, quoad deoluendas hereditates, sine dubio latet.

§. XXII. Quoad vineas vero regulariter attendi solet dies *Vrbani* seu 25. *Martii*, quia isto tempore potior cura ac cultura peracta videtur, licet pastinatio omnis nondum facta, cuius ratio nobis videtur, quod vineæ diuersi generis labores requirant, & si sex labores peracti, iniustum foret, ob cessantem septimum precludere cultorem eiusue heredem omnino præmio tot laborum antecedentium, ipsa vero dispositio, de moribus Germanis antiquis superest quoddammodo in *art. 28. specul. Saxon.* vid. *Carpzou. p. Constitut. 32. definit. 8. Richter decisione 56. n. 4. Berliconcl. 43. n. 63. Colerus decis. c. 286. n. 106. seqq. Köppe decis. 30. n. 30.* remanet itaque & hoc loco ratio iuris Germanici quæ ad operam peractam vnice spectat non igitur ad diuisionem, quæ supponit iuris & æquitatis paritatem, neque ad id, an fructus pendeant vel percepti sint, ad quod respicit dispositio iuris civilis  
secu



secundum quod accessorium nempe pendentes fructus videntur sequi naturam sui principalis, quæ sane ratio hic æque inanis & incongrua est, atque illa quando frumentum excussum, vinum aut oleum factum per specificationem acquisitum dicitur in §. 25. *Institut. de rer. diuis. §. acquir. earum domin.* sicuti enim ibi disposito l. 7. §. 7. ff. de acquirend. rer. domin. male a compilatore Institutionum percepta; vt commonstrat B. Ludouici in compend. ff. dict. tit. §. 28. ita & hoc loco plane non sequitur, quia fundus fundata actione acquiritur vel recuperatur ita & fructus tanquam accessorium, nam eadem petendi causa vel ex iure in re vel ad rem quæ fundum afficit, ad fructus, qui tempore fundatæ actionis in rerum natura non fuerunt, applicari nequit, & quamvis quoad hereditates & aliam actionem vniuersalem dici soleat, quod illa causa capiat incrementum, nihilominus tamen hodie inter actionem vniuersalem & singularem eatenus nulla restat differentia, licet enim in iudiciis singularibus res functionem non recipiat, succedit tamen alia regula per totum ius ferme vniuersalis, quod nemo debeat cum alterius damno locupletari, qua fundata rectius intuitu fructuum vltimi anni dicitur, quod dominus non debeat fieri locupletior ex usufructuarii vel alterius cultura & cura.

§. XXIII. Ad pisces & piscinas vero quod attinet enormis Doctorum est contrarietas, an & quomodo diuisio quædam inter heredes defuncti vasalli vel usufructuarii & futurum successorem diuisio instituenda, & ad quodnam tempus hoc loco respiciendum, quippe quæ præcipua & ardua quæstio esse videtur, communiter doctores in varias classes hoc loco

co se inuicem dispescunt, alii enim etiam pisces qui in piscina sunt, ut ibi augeantur & crescant, pro fructibus pendentibus habent, & ita secundum dispositionem iuris civilis nihil ad heredem eius, qui post mortem reuocabile habuit perueniret, quo pertinent Molinæus in consuetud. Paris. tit. 1. §. 1. gloss. 8. 17. 18. & sequenti, Tiraquellus in tractatu de utroque tractu principal. parte §. 1. gloss. 7. n. 116. Chassaneus consuetud. Burgund. rubric 4. §. 2. verb. tous meubles Guillelmus Pap. decision 91. n. 5. & alii plures allegati a Schrader in tractatu feud. p. 2. part. 9. sect. 3. n. 72. alii vero distinguunt inter pisces custodiae causa in aliqua piscina conseruatos, aut tales, qui in piscina habentur ut crescant & multiplicentur, & sicuti prioris generis pisces indistincte ad heredes pertinere asserunt, ita posterioris generis heredibus non tribuunt nisi piscatio instituta sit & ad minimum dimidium tempus praecesserit postquam pisces ad crescendum immitti, sicuti praenunciatum refert Carpz. p. 3. const. 32. def. 27. in verbis. Im fall aber erst neulicher Zeit/ etwa vorn Jahr die Teiche besetzt worden/ und also nach geraumer Zeit/ und wohl nach zweyen Jahren allererst Karpfische waren/ so verbleiben mehr gedachte Karpf zu sammt dem Teiche den Lebns. Erben/ und sie hätten euch derselben anzumassen nicht Zug. Sicuti vero hæc vltima Carpzouii sententia hæctenus comparatiue reliquis omnibus præferenda, ac conciliationem quandam continere videtur, post tam varias præcedentes opiniones, ita nihilominus tamen diuersa ad hanc omnem tractandi rationem moneri possunt.

§. XXIV. Scilicet prima opinio, quæ est Schraderi & ab eo allegatorum, meri iuris ciuilis est, & sicuti hoc loco plane inapplicabilis, cum præmium laboris & curæ solummodo respiciatur, ita generatim næuus Doctorem notandus, quod communiter in decidendis controuersis nouiter in medium productis, si clarus textus reperiri non possit, ad comparationem cum aliis materiis in legibus iuris ciuilis iam decisis festinent, vnde tot similia tunc claudicant, prout tota ista inuentio & iudicium doctorum sequestrato iure Germanico non potest non claudicare, quæ enim comparandi ratio piscium cum fructibus pendentibus? quippe qui iure Romano ad factum perceptionis referebantur, & singulari ratione perceptio in acquirendis his fructibus demum respiciebatur, quid si vero diceres accessorium sequi naturam sui principalis, nihil tamen operaretur argumentum, nam nec illa ratio generatim in his iuris materiis procedit, vti iam dictum, vel potius hoc loco inapplicabilis, nec verum est, eatenus pisces esse accessorium, sicuti fructus pendentes sunt fundi, & si ad perceptionem, quæ est ratio iuris ciuilis, respiciendum, plane contrarium statuendum foret, nam reliqui fructus maturitatem ante percipiendi tempus requirunt, pisces vero quotidie viuunt, & ita percipi possunt, ob quam rem etiam Carpzouii modum eatenus satis distincte procedere existimamus, sed & aliqualem correctionem, vel potius maiorem distinguendi curam & cautiorem viam hoc loco requiri existimamus.

§. XXV. Nostra enim opinio quoad pisces & piscinas in tanta varietate hæc est, quod quatuor potissimum casus probe ab inuicem discernendi veniant;



ex natura quippe negotii quatuor sunt genera piscationum quæ hoc loco consideranda, aut enim ista piscatio fit in stagno maiori & piscinis, quibus aqua non dari nec remitti potest, *Seen und Teichen die nicht abgelassen oder besezet werden /* aut e contrario & aqua & pisces dari & adimi possunt, licet ne contractæ quædam, nec specialiter aptatæ piscinæ sint, *besezet Teich /* & a Plinio in *histor. natural. lib. 10. c. 55. in fin.* videntur stagna piscinæ, vel tertio pisces iam capti conservandi & custodiæ causa in piscinis minoribus vel aliis etiam aliquando maioribus conservantur *Höllern* vel etiam *Fischkasten /* vel quando demum in rivis & fluminibus ius piscandi possessoribus tunc competit; quæ vltima sicut & prima piscandi ratio nobis quoque consentientibus ad heredes defuncti vel falli & fructuarii plane non pertinet, sed ad futurum successorem vnicè transfertur, nulla enim cura intercedit, nullum præcedens negotium vel impensum cuius præmium vnicè heres sentire debet, vnicam tamen coheredibus allodialibus & hoc loco prærogativam tribuere non dubitamus, nempe vt ipsis sit permissum, intra trigesium post mortem piscibus vel & piscatione plenaria gaudere, ante hoc tempus enim nulla hereditatis diuisio de moribus nostris communibus intercedit, ergo nondum satis apparet quænam sit res feudalis quæ allodialis, cum præter varia beneficia pendente trigesimo acquirantur heredibus, si vero aliquid supersit ex piscibus, qui intra trigesium consumi non potuerint, hoc viduæ nobili secundum statuta cum reliquis esculentis tribuimus, sub iure des *Muschells.*

§. XXVI. De cetero pisces custodiæ causa conseruati sicuti omnibus consentientibus ad heredes vsufructuarii & allodiales pertinent, ita nos quoque neutiquam dubitamus iisdem omnes in piscinis repletos crescendi & multiplicationis causa immisos pisces tribuere, nullo considerato tempore siue piscatio instet siue non, quicquid etiam dissentiat Carpzouius, dicti enim ab eo adiuuenti termini ad rem genuinam non quadrant, nos enim omnia tribuimus heredibus, quæ ex cura & impensis proueniunt, postquam vero piscina forte aptata & purgata & deinceps pisces ipsi ad multiplicandum dati, *der Saß hñneingebracht/ beseßet* / nihil amplius operæ restat; Quare igitur analogia iuris Germanici in hoc solo recederet a communi conceptu? facile vero reiici potest & diuelli vnica argumentandi vis opposita a Carpzouio *cit. loc.*, non enim valet argumentum ex iure feudali, vt nempe fructus lucretur nouus possessor, si prior vasallus vel possessor mediam anni partem non superuixerit, negamus in allegato famoso illo textu iuris feudalis *2. F. 28. §. his consequenter* respici ad tempus dimidii anni in se, quæ falsissima opinio ex vltimis verbis: *si post Augustum* ab omnibus omnino hætenus male perceptis, sicuti deinceps dicetur, prouenisse videtur, sed cura & cultura istis ibidem dictis mensibus peracta, vnice attenditur, prout deinceps apparebit vltcrius, termini vero reliqui quod piscina nondum sit piscabilis & consuetum piscandi tempus nondum instet, minus rite adplicantur, nam non est quæstio quid communiter fiat pro maiori & meliori lucro ac commodo, sed quid facere & quomodo piscari prior possessor, de iure potuerit, quid vero prohiberet vendere etiam

pisces minores, non iam dicamus, de usu quoque communi vendi pisces minores, ad id, ut in alia piscinam ad ulterius crescendum dentur, *Saxarpe* quare igitur semper biennium vel triennium expectandum, si accedat lex necessitatis, neque quaestiones facti confundendi cum quaestionibus iuris.

§. XXVII. De die Michaelis demum in nostra praxi communi illud observandum, quod salaria, redditus particulares, & id genus alia, potissimum hunc terminum communiter, quoad futurum successorem & defuncti temporarii possessoris hereditu divisionemque inter illos computatio instituat, cuius rei qualem qualem rationem vid. apud Carpzou. *iurisprud. consistoriali lib. 1. definit. 197. n. 1.* diversae verum admodum sunt consuetudines Germaniae, quoad salaria, annum gratiae, vel totalem vel dimidiandum potissimum quoad parochiales redditus, ad quas consuetudines loci hoc loco potissimum respiciendum cum tenor iuris canonici vel plane cesset vel inapplicabilis tamen sit. In nonnullis parochiis vidua & heredes quaedam mobilia in ipsa parochia loco cathedralici vel exuviarum relinquere tenentur, veluti equos, vestimenta, lectos, & id genus alia, sed in Ducatu Magdeburgico vid. *ordinat. consistor. c. 20. §. 13.*, & alibi hic mos plane abrogatus est, deinceps vel anno gratiae plenario utuntur & gaudent heredes, quo casu omnia percipiunt pro integro anno tam quoad salarium quam accidentia, uti vulgo dici solet, & eatenus tanta praerogativa intuitu diei vel mensis quoad devoluendam hereditatem non adest; Si vero dimidium anni pro sit tantum heredibus, sicuti in Ducatu hoc Magdeburgico cit. loco n. 14. & alibi, potissimum



in Saxonia, alia adest computandi ratio, & sic diei prærogatiua valde egregium vsum post se trahere potest. Ita vero communiter computatio instituitur, vt a die Michaelis ad diem eandem anni futuri omnes redditus in vnam massam computentur, & viduæ ac liberis defuncti pastoris dimidia pars, altera vero dimidia futuro successori tribuatur, quoniam die Michaelis nouus quasi incipit annus, ita tamen vt termini soluendorum reddituum qui cedunt tempore Martini, Natiuitatis Christi, vel quadragesimali iure Saxonico ad diem Michaelis retrotrahantur, cuius decisionis rationem frustra Carpzou. cit. loco n. 8. & 9. quærit in eo, quod medietas quædam temporis & anni obseruanda, cum potius in verbis ipsius textus n. 7. Was aber im Walpurgis gestellt / wird geachtet / daß es als etne halbe Jahres Besoldung / von Michaelis an aufs neue verdienet sey, vera ratio lateat, quippe quod ad operam præcedentem maiorem respiciendum, ac quasi pro deseruito illud habendum: Sicuti etiam reliqua promerita, etiamsi dies ex post facto demum cedat, in annum gratiæ non computantur, sed suo iure heredes ista sibi vindicant.

§. XXVIII. Si itaque non in ipsa die Michaelis sed circiter illam Pastor moriatur, identidem minima Prætor non curat, sed ea quoque, quæ ad istum terminum intuitu decimarum & reliquorum reddituum debentur, ad heredes pertinent, ita vt in anni gratiæ dimidium non connumerentur, id quod optime apparet ex præiudicio apud Carpzov. cit. loc. def. 199. n. 10. Otwell der Beflagten Vater vier Wochen nach Michaelis des abgewichenen 1614. verstorben / so hat er das ganze Einkommen / bis dahin

und um Martini verdienet, und wird / nach ersagtem Inuentario das Pfarrliche Einkommen von solcher Zeit an bis fünfftige Michaëlis oder Martini / gegen Erstattung der Unkosten / zwischen dem neuen Pfarrer und des verstorbenen Erben gleich getheilet / tamen quoad heredes differentia est, inter ius Saxonicum & Magdeburgicum, secundum istud enim liberi emancipati connumerantur, hoc vero saltem liberos de familia includit, per verba ordinat. Constitutor. C. 20. §. 20. Si vero circa diem Bartholomaei moriatur parochus, nulla adest differentia, ac si in Michaëlis die decessisset, ita vt hi dies paria iura habeant. Et si circa diem Luciae vel Natiuitatis Christi parochus diem obierit supremum, tunc tres partes reddituum accipiunt heredes, vnam pro residuo salarii, duas reliquas vero pro dimidio anno gratia. all. loc. definit. 200. & 201. Quod si circa festum paschatos moriatur Pastor, vidua & liberi eius totius anni fructus atque redditus termino sequenti Michaëlis exsoluendos ac percipiendos lucrantur, altera quippe partem ex promerito, alteram vero ex gratia, si denique circa festum Pentecostes Iohannis Baptistae vel Petri Pauli decedat parochus, facillima tunc decisio latet in praëiudicio definit. 203. n. 8. So des selben Wittwe und Erben halbjährige Begnadigung folgende Weynachten sich geendiget / ihnen also dahero über das Michaëlis anno 1626. betagte Pfarrliche Einkommen von diesem Jahre nicht mehr als vierdte Theil gebühret.

§. XXIX. Postquam itaque hæc omnia de ceteris diebus & prærogatiua illarum quoad deuoluendos hereditates thetice examinatumus & posuimus, consequenter sequitur

sequens erit, vt adhuc quædam de causa & effectu in medium proferamus, & quod quidem ipsam causam seu vnicam rationem dispositionis attinet, negandum omnimodo, legem hæcenus esse mere positivam, & diem qua diem, seu qua merum terminum considerari, sed ad causam præmeriti ex labore, cultura & cura, vnice respiciendum, vnde etiam in parochiis cingendus habetur pro cincto, & terminus proximus pro ipso termino, ita ipse Carpzovius in vineis non vbique diem Urbani reputandum censet, sed in Thuringia longiorem terminum poscit, vno verbo Saxones dispositionem legum Civilium nunquam agnouerunt, de fructibus, nempe pendentibus, sed ad rastrum respexerunt, si semen rastrum subactum, quia tunc omnis cura adhibita, & cum superius demonstraerimus Longobardos tanquam gentem Germanicam mores hos in Italia introduxisse, ita quoque ad veram interpretationem sæpius allegatum famosissimum textum *2. Feud. 28. §. his consequenter*, hoc vti sæpius iam dictum, firmiter tenendum, quod non præcise & vnice ad Calendas Martias & mensem Augustum respectus habeatur, tanquam ad merum terminum in se, sed quoniam in feudis Italicis intra mensem Augustum & calendas Martias omnis cura & cultura perfecta & finita, ad rationem itaque dispositionis apud nos, non ad verba mens est dirigenda, quare non satis possumus mirari perfectissimos quoque Ictos hallucinatos circa verba illa, *si vero post Augustum* (nempe moriatur Vassallus) *omnes fructus anni percipiet dominus*, quibus sane nihil minus indicatur, quam quod post Augustum fructus forte nondum maturos heredes non capiant,

nam



nam sine vlllo dubio sermo est de fructibus anni futuri, non vero praeteriti, quod perpetuo confunditur DD. vnanimiter omnes, atque adeo sententia est haec *si vero post Augustum moriatur Vasallus, id est ante kalendas tamen Martias sequentes, omnes fructus anni futuri id est NB. futuri percipiet dominus*, ratio est in praesens quia post Augustum potior cultura & cura deinceps incipit, & intuitu illarum nouus quasi annus, cuius praemium heredes capere non possunt, nisi omnino vel potiozem operam denuo adhibuerit defunctus nempe post Augustum vsque ad kalendas Martias non enim sufficit quandam operam incepisse; ridiculum itaque est praeccludere heredem fructibus post Augustum intuitu eiusdem anni si kalendas Martias peruixerit, vel potius praeccludere illum fructibus opera praecedenti nunc demum post Augustum peruenientibus & tardius maturefcentibus.

§. XXX. Ut igitur omnem contradictionem euitemus, quando de fauore & praerogatiua dierum nobis sermo est, neutiquam excludimus rationem temporis, praecipue, ad applicationem localem in aliis locis, vbi certi dies notati non sunt, quamuis enim saepe laudato textu iuris feudalis §. *his consequenter* etc. ta dies adiecta, nullo modo tamen statuendum, quod ista ob solum terminum praefinitum, sed ob rationem culturæ & curæ, saltem pro certitudine aliorum & ne tot & tam frequentes rixæ in iudiciis defensionum occurrant, adhibita in medium; sicuti enim nullus est odium mensis Augusti in iure nostro, ita quod nullus est fauor calendarum Martiarum, vel praerogationis in illis positum, eadem itaque est harmonia iuris feudalis cum iure Saxonico, Marchico

aliis Germanicis, nempe ob identitatem rationis. Omnes enim fructus sunt vel civiles vel naturales. & sicuti in civilibus respicitur ad tempus, quando dies cessit, licet nondum venerit tempus solutionis, sic in reliquis omnibus respicitur ad præcedentem curam, ita vt secundum naturam eum sequantur commoda, quem secuta incommoda, atque in naturalibus in se reflexio fiat ad incommodum perceptionis des Abbringens/ in industrialibus vero ad culturam & curam potiore finitam. Recte igitur post textum in Land-Recht Libr. 2. art. 58. & Lehn-Recht C. 5. in fin. asserit Schneidewin. Epit feud. Part. 5. n. 30. Daß auf Bartholomäi allerley Pflege und Zins verdienet sey/ auf Walpurgis der Lämmer Zehende/ auf Kraut-Weyhe der Gänse Zehende/ auf St. Johannis Tag der Fleisch Zehende/ auf Margarethen der Korn Zehende. Zins von Mühlen/ Zöllen ist verdienet/ wenn der Zins-Tag kömmt/ der ihm zu gelten bestimmet ist; Die Saat ist verdienet wenn sie die Egde bestrichen/ id est, præmium seminis seu messis, nam semen semper restituitur, die Garten-Früchte wenn er besäet und gehacket ist/ atque adeo male hoc loco & non satis considerate arguunt DD. quando statuunt, quod dispositio sæpe citati *s. his consequenter* nec in Saxonia nec in Marchia recepta *vid. Köppen in decis. quest. 30. n. 44. & 45.* cum nobis auctoribus & iudicibus in effectu vna eademque dispositio adsit, legem vero non hoc sit verba eius tenere, sed vim & auctoritatem, imo vero Longobardi a Germanis hos mores sibi sumserunt, vtrumque vero & Saxonicum & Longobardicum, imo & Marchicum ius, quippe in se consonum & valde harmonicum differt & recessit a

iure Ciuili, & vtriusque ratio etiam est diuersa, illud saltem addendum, quod sicuti determinatio nuda diei ab arbitrio & consuetudine non potuit non dependere, ita e contrario, quando magis ad maturitatem respicitur quam ad culturam, in tantum vltra præter culturam maturitas quoque requiratur, velut in quibusdam locis Marchiæ, hæc sane consuetudo sit exorbitans, & a natura Germanici iuris recedat, vnde strictissimi iuris est, nec admittit sensum laxiorem seu interpretationem extensiuam, quæ obseruatio in praxi egregiam præstare poterit vtilitatem.

§. XXXI. Cumque adeo determinatio diei si iuri iuris statutarii, ardua magis est quæstio, an eius modi consuetudines introduci contra ius ciuile possint, & præcipue an in Marchia hoc fieri potuerit, quod vltimum variis argumentis negat Schrader *tract. Feud. P. II. Part. prior. 9. Sect. 3. n. 100. 101. & sequ.* quæ rationes facile refutari possunt, & quidem argumentum ipsius est primum, quod in Constitutione Serenissimi quondam Ioachimi Marchionis consensu omnium ordinum ac statuum Marchiæ sancitum, in tota Marchia & omnibus ad illam pertinentibus terris, in materia successionum secundum ius commune Cæsareum & scriptum pronuntiari debere, sublatis simpliciter omnibus constitutionibus, ordinationibus, priuilegiis & consuetudinibus contrariis. Publicatam vero esse & publici iuris factam illam constitutionem anno 1527, at respondetur 1) vnius positio non est alterius exclusio, atque adeo, quando de iure Ciuili communi fermo est, consuetudines legum istarum explicatorias non sunt seponendæ, adhibita distinctione inter consuetudines contrarias & explicatorias. 2) Non est pro-

batur



batum hanc sanctionem esse antiquiorem consuetudine de qua loquimur, lex vero in dubio loquitur de consuetudinibus futuris. 3) Si vero esset antiqua, nihil quoque esset magis naturale, quam eo iure quid dissolvere, quo est colligatum, & ita quod mutuo consensu, expresso quoque, introductum, potest mutuo dissensu, tacito etiam, dissolui. 4) Non valet argumentum a legibus circa successiones in genere, ad ius singulare quoad fructus ultimi anni, quippe qui aliam rationem habent, quam naturam succedendi secundum Nouellam, de hac enim in omnibus, istiusmodi generis legibus communiter quaestio est ad excludendas retorsiones. 5) Ius Civile Romanum in tota Germania ulterius non introductum, nisi quatenus cum moribus nostris conuenit: successiones vero Romani iuris & conclusiones desuper in legibus traditæ ad nos non semper quadrant. 6) Non iam dicendum, quod pleræque traditiones Schraderi, etiam ipsi iuri Civili contrarientur, a quo tamen longe recedit ius Longobardicum Feudale, quod neutiquam respuit Marchia.

§. XXXII. Postquam igitur de causis & rationibus tractationis quodammodo visum, liceat de effectu adhuc quædam proferre, & eatenus quasdam examinare quaestiones iuris a Doctoribus formatas, examinata præprimis conclusione Schraderi, quod ad diuisionem fructuum in tota hac materia respiciendum sit, ita enim in scriptis suis feudalibus, ubique hoc loco contrarius ad istam diuisionem prouocat, ob dispositionem iuris in *l. 7. §. 1. ff. soluto Matrim.* ubi tamen de dote sola formatur quaestio, videndum igitur ante omnia, quænam hoc loco sit dispositionis

circa dotem natura, & indoles, ex quo deinceps facile apparebit, qualis hoc loco fingi possit conuenientia; videlicet ex toto iure nostro notissimum est, dotem dari pro ferendis oneribus matrimonii *d. l. 7. pr.* quare etiam iusta computatio & proportio onerum matrimonialium & dotis instituitur *§. 1. d. l. 7.* que adeo diutius etiam durare fructus dotis non possunt, quam accurate vsque ad illud tempus quo matrimonium exspirauit, & ita cum eo quoque onerum matrimoniale. Et hæc dispositio cum reliqua iuris analogia rite conuenit, error vero Schraderi que communem habet cum Berlichio *P. 3. Concl. 22. n. Hartmann. Pistor. L. 1. qu. 24. n. 27.* exinde videtur ortus, quod existimauerint, non tam diuisionem fructuum dotalium pro rata anni, quousque matrimonium durauit, ex oneribus matrimonialibus, horumque compensatione descendere, sed quod maritus generatim ius aliquod in dote habeat, vnde etiam concludunt, hanc dispositionem iuris, nempe de diuisione, non in dote solum, sed etiam in multis aliis casibus locum habere, atque adeo generalem formant regulam, forte talem, quicumque quodammodo saltem ius habet in aliqua re, licet imperfectum licet reuocabile, ille finito illo iure, fructus nihilominus diuidit pro rata temporis.

§. XXXIII. Hac vero regula supposita non potuerunt non vbiunque errare, nam de fructibus pendentibus ratio iuris Ciuilis hanc dispositionem non admittit, de dote alia ratio est, vti dictum *præc.* Nec itaque mirum, quod ad Ciuiles quoque fructus hanc regulam extendendam putauerit Berlich. *c. l. n. 6.* circa quos quidem eadem nobis cum ipsi  
inter

intercedit sententia, quoad diuisionem pro rata anni in se; alia vero, & longe diuersa est dispositionis ratio, & plane contrarium argumentum, fructus enim Ciuiles in Legibus ipsis Romanis pro rata temporis diuidebantur, secundum quas tamen dicta regula alias fallacissima erat, sicuti exemplo fructuum naturalium pendentium docuimus; ipsa vero dispositio iuris quoad fructus ciuiles fundata est in diuersis LL. ciuilibus *l. 26. ff. de Vusufruct. & pluribus aliis*, sicuti ipsas allegando commonstrant DD. communiter, nec aliam dispositionem, circa fructus ciuiles ratio fingere potest, quam diuisionem pro rata temporis, quoniam ista ratio iuris Germanici, quæ de reliquis fructibus allegata, hoc loco propter deficientem & cessantem culturam inapplicabilis; Quomodo vero computatio eatenus instituat, si dies solutionis nondum venerit, etiamsi rata temporis iam cesserit, regulariter a Doctoribus hoc loco ita tradi solet, vt sola ratio temporis inspiciatur, etiamsi per conuentionem tempus solutionis dilatatum, & quidem extenduntur ciuiles fructus non tantum ad omnes pensiones, decimas, census, aliosque prouentus & redditus annuos per *l. videamus ff. de Vsur. l. si nouis ff. de Rei Vind. Bald. in l. vbi adhuc C. de iur. dot.* sed etiam ad ipsas mulctas & pœnas iurisdictionales vid. Azo in *summa C. de pœnis l. vlt. ff. solut. matrim. ibique Baldus Tiraquell. de Retract. Content. §. 5. gl. 4. n. 61. & ibi all. auctores.*

§.XXXIV. Maneat igitur, reiecta diuisione pro rata anni vel temporis, in reliquis omnibus regula generalis iure Germanico fundata, quod, vbiunque præcedere potest cultura & cura, vel requiruntur impensæ, siue in feudali siue alio fundo restituendo, ibi



quoque adesse debeat praemium illius laboris, nempe fructus, & sicuti circa solos fructus restituendae fundi dotalis ad ratam temporis, propter onera matrimonii pendente isto tempore suscepta communiter & absque vilo dubio respiciendum esse censentur circa quorum tamen opinionem forte vnum vel alterum dubium satis graue occurrere posset, potissimum si matrimonium non dissoluatur ob causam fauorabilem dignam, ita e contrario generalis ista regula iuris Germanici legibus ciuilibus valde contraria, vbique seruanda & sine vlla contradictione in causis paribus adhibenda, vt adeo valde inanis sit disceptatio apud Kœppen *Libr. I. quest. 30. quando n. 45.* tradit, doctrinam iuris feudalis in famosissimo §. *his consequenter* in Marchia non esse receptam, sed ibi in alia quidem Marchia ad diem Margarethæ; in alia vero, potissimum veteri, ad diem Iacobi; in alia ad diem Laurentii, respectum haberi. Nam eadem est decisio in hisce omnibus tam iure Feudali quam Marchico & eadem decidendi ratio, non enim plus fauoris in Marchia habet sancta Margaretha, quam dies Laurentii vel Iacobi intuitu fructuum vltimi anni, vel fauoris ad heredem eatenus transmittendi, quam mensis Augusti vel Martii in iure feudali; sed sola salua est rationis identitas iuris Germanici, nempe fauor praemii pro cultura & cura, cum alias impensae heredibus tantum essent restituendae.

§. XXXV. Ex quibus omnibus salua analogia iuris nostri liceat firmissime concludere, decisionem iuris Ciuilis Romani, quod fructus pendentes sint pars fundi, *vid. l. fructus pendentes ff. de R. V.* & ideo pertineant ad illum, cui fundus restituendus, in Ger-

mani

manía quoad fructus vltimi anni non esse receptam, nec ob contrarietatem iuris Germanici recipi potuisse, quod quoniam aliquod noui videtur, reiectis rationibus in aduersum allatis vltterius examinandum. Non enim admittenda ratio generaliter pro obstanti a nonnullis adducta, quod exceptio iuris feudalis firmet regulam in casibus non exceptis atque adeo extra casus feudales reuiuifcat dispositio iuris ciuilis quoad fructus pendentes, quoniam ius Ciuile generaliter quoque eatenus tantummodo receptum, quatenus obseruantia iuris Germanici non obstat; neque iure feudali hæc sententia pro natura exceptionis in hoc solo casu introducta, sed quia Leges Longobardicæ hoc loco germanizantes, vti superius demonstratum, generali consuetudini noluerunt obtrudere opinionem iuris Romani, potissimum cum summa æquitate & meliori ratione fundentur. Vana itaque est ratio iuris Ciuilis, quod fructus pendentes sint pars fundi, vt ita accessorium sequatur naturam sui principalis, præterquam enim, quod strictissima Stoicorum subtilitas multum tribuat huic decisioni, doceri quoque potest valde diuersa inter ipsum fundum & fructus pendentes ratio, nam non sequitur, quicumque habet ius in re, in ipso fundo, is etiam idem ius reale habet in alterius femine cum impensis, & inde proueniente lucro; si enim hoc esset, quare Doctores consentiunt in restitutionem impensarum. Sunt itaque fructus accessorium potius culturae & curæ, quam fundi, atque si contrarium esset ab omni dubio liberum, quare inter se contenderent adeo Doctores, & admodum variarent, ita vt nonnulli credant potius pro ratione temporis fructus esse dispe-

dispescendos & diuidendos, sicut videri potest potissimum apud Hartmannum Pistorem & Schraderum aliosque sæpius allegatos, quibus suppositis veniale impetrari poterit, in tanta varietate manens in harmonia & analogia iuris Germanici, quam omni æquitatis vis secundat.

§. XXXVI. Stabilita itaque dicta regula, vltior eius effectus ob identitatem rationis se extendit ad varios casus alios; & quidem primo in emphyteusi tanto minus dubium obstat, cum a feudo emphyteusin regulariter validum sit argumentum nisi hoc esset, maneret tamen firmissima argumentandi causa ob identitatem rationis expositæ; fiuntur itaque tam isti, qui fructus pendentes vltimi anni in fundo emphyteutico domino succedenti tribuunt, ac si fundo adhærentes, quos allegat Köppen *cit. quest. 30. n. 20.* fallitur & ipse Köppen cum Hartmanno Pistore, cuius sententiam affirmat, quod pro rata anni & temporis diuisio instituenda: Henim dum affirmat, recte quidem disputat contra opinionem præcedentem, sed non rite, cum bona causam male defendat, potissimum *n. 23.* prima enim ratio de ipso iure quæsito in fructibus est inualida quia argumentum a iure in ipsum fundum ad ius fructus est fallacissimum, vti dictum superius; secunda vero argumentandi ratio, quod emphyteuta pro ratione fructuum annuatim ad solutionem canonis obligatus sit, ideo fallit, quoniam canon per ius notoria non soluitur ob compensationem fructuum sed ob recognitionem domini, neque sermo est, de canone, sed de iure ipsius emphyteutæ eius hereditas dum si fundus reuertatur ad dominum directum, man



manet itaque sola ratio generalis in regula nostra tradita.

§. XXXVII. Gravioꝝ controverſia & quaestio eſt, quoad uſufructuarii heredes, vtrum fructus maturos nondum tamen perceptos ſibi poſſint aſſignare, an vero domino proprietatis acquirantur; & iterum dimidium victoriæ pro noſtra opinione ex generalitate traditæ regulæ profluente, ex eo ſolo reportatur, quod ipſimet Legum interpretes, & inter illos probatiſſimi & illuſtiores, veluti Cuiacius *Libr. 4. Feud. c. 30.* Althuf, *L. 1. Diceol. c. 38. n. 13.* Weſenbec. *ad §. 15. verum ad quem I. de rer. diuiſ.* ſicuti quoque Rittershuſ. Dion. Gothofredus & alii in illam inclinent ſententiam, quod fructus pro rata temporis & anni ſint diuidendi, quo ipſo a ſenſu Legum Romanarum non tantum libere recedunt, quod adeo & nobis licitum, iſta vero opinio de diuiſione pro rata, non ſatis cohæret, quid enim diuidendum reſtabit? non ipſi fructus indiſtincte, quia impenſæ culturæ & ſeminis deducendæ, ergo ſaltem reſtat aliquid lucri, cuius cauſa infinitæ contentiones & computationes eſſent formandæ, quarum ſimul euitandarum cauſa leges & conſuetudines Germanicæ aliam viam elegerunt, error vero eorum, qui fructus proprietario futuro tribuunt, ſatis eſt palpabilis, quamuis enim in legibus dicatur, uſufructuarium percipiendo tantum fructus ſuos facere *v. l. 12. §. 1. ff. de Uſufruct.* hoc tamen ſequeſtrata Stoicorum philoſophia adeo rude & crude ad ſolum factum perceptionis non eſt reſtringendum, quippe quod meri facti eſt, neque tam ob meram perceptionem, quam potius ob voluntatem conceden-

dentis usufructum, iura fructuarii fundata sunt

§. XXXVIII. Quod ut ulterius pateat, operam pretium erit brevibus examinare, atque paulo altius ponderare; quid reuera hoc sibi velit, quod percipiendo fructus usufructuarius faciat suos, videlicet modo acquirendi civili ibidem perpetua quaestio est quippe qui Legibus Romanis in statu potissimum populari valde erat restrictus, ut vno verbo traditio principaliter pro fundamento poneretur, quae ad necessitatem & essentialis, ut etiam res, iam ex alio capite possessa, si titulo ad transferendum dominium habili nunc transferenda, isti traditioni obnoxia, in de fictae traditiones brevis manus, quas & nos incuamus, cum tamen solennitates & necessitatem traditionum ex antiqua mancipatione vix adhuc percipimus, quod hoc loco recensere nimis longum fore ubi igitur quaestio erat de modo acquirendi fructus respondebatur, suppositis terminis habilibus; id est si reliqua circa usufructum se recte haberent, si iam perceptionem esse loco traditionis, ne aliquid modo acquirendi desit. Quomodo vero haec omnia quadrant ad iura heredum? plane enim non sequitur quod qui nondum habet fructus per modum perceptionis, id est, iam acquisitos & quasi traditos, etiam non habeat praetensionem ad acquirendum percipiendum, vel praerogativam praeter alios, unde si dubio heres curantis & colentis, praerogativam siquitantum ius in re habet in fundo ipso, non vero sudore & cura alterius, iuxta effatum Evangelicum *du erndtest wo du nicht gesaet/ und samlest wo du nicht gestreuet hast.*

§. XXXIX. Quoad locationem conductionem e-  
quidem ad solum contractum respiciendum, in quo  
anni determinari solent, quod ubi factum non est,  
vel finitis istis annis, tacite contractus reiteratur, ad  
triennium, wenn die Aecker in dreyen Feldern liegen/  
quod communis testatur opinio & praxis, si vero ius  
conductionis ad heredes non transeat, vti de Saxoniam  
testatur Kœppen *cit. l. n. 13.* vel alio modo contractus  
dissoluatur, forte ob alienationem rei locatæ, vel simi-  
li ratione, præter culpam conductoris, saltem ius re-  
tentionis intuitu impensarum conductoris heredibus  
tribuere solent Doctores, aliis iterum ad diuisionem  
pro rata temporis recurrentibus, sed isto solo casu, &  
nos fructus iustus anni conductori eiusque heredibus  
tribuimus, si potior cultura & cura peracta, ob sæpe ad-  
ductam rationem iuris Germanici, extra limites vero istius  
casus non facile hæc dispositio locum habebit, quoniam  
de fructibus hoc loco totus contractus celebratur, absque  
prætensione ipsius fundi in se, ergo ad interpretationem  
contractus vnice recurrendum. Alia & maior controuer-  
sia est, de heredibus bonæ fidei possessoris, an scilicet &  
quos fructus dicto modo suos facere possint, varias hoc lo-  
co opiniones, easque conciliandi modos recenset Pinell.  
*ad l. 2. C. de Rescind. Vendit. Part. 2. C. 4. n. 53.* Nicol. de Pas-  
ser. *Conciliat. LL. p. 377. & sequ.* Fœrster *tr. de Dominio c. 9.*  
*n. 191.* plurimi cum Bocero *in Dissert. de Fructibus thes. 47.*  
amplectuntur sententiam distinguendum, inter bonæ fidei  
possessorem, qui titulum legitimum & ad transferendum  
dominium habilem habet, & qui eo caret, huncque tan-  
tum industriales pro cultura & industria sua, non etiam  
naturales percipere existimant, vid. Panormit. Wesenbec.  
Paul. Busius, Albericus Gentilis & alii *cit. a Bocero d. l. &*



hæc sententia, licet alias examinari possit, quoniam tam cum nostra opinione quoad præmium industriæ cohærens satis digna est, quæ his terminis habilibus addatur.

§. XL. Plures casus ad hos nostros terminos communiter DD. conferunt, veluti quid de fructibus vltimi anni resoluti iure possessoris sentiendum, precipue emptione, in pacto de retrouendendo, in annuis redditibus ad vitam tantum competentibus, in materia retractus, fundo dotali, si maritus ad inopiam vergat, in dotalibus & beneficiis quam maxime ecclesiasticis, at præter opinionem excreuit opus & tractandi ratio, satis quoque nobis semper fuit visum in omnibus tractationibus iuridicis sana proponere principia, non solum examinare conclusiones, quippe qui communis Doctoribus næuus esse solet; prius enim si factum, innumeræ conclusiones in simili negotio adduntur. Remittimus vero lectorem huiusmodi rerum cupidum ad sæpius adductos auctores præsertim Kœppen: Schraderum & Hartmannum Pist. Dissertationes quoque Boceri aliorumque *de Fructibus*, vt & B. D. de Cocceii *de iure feminis*, imprimis vero *supra citat. tractat. illustr. de Ludwig de fructuum attributione*, vbi multa præclara, & pro more singularia annotauit, quibus vltimis duobus magnis viris solis exceptis videbit beneuolus lector vbiunque duos istos gradus, nempe vel ad diuisionem pro rata anni prouocantium, vel ad ius Ciuile quod fructus pendentes sint pars fundi recurrentium, nos vero in omni & quocunque casu manemus in ratione dispositionis iuris Germanici.


§. XLI. De mensibus episcopalibus & capitularibus hoc loco quædam possint moneri, sed ad nostrum scopum de his rebus saltem prærogatiua ista obseruanda pro beneficiatis expectantibus, quod qui expectatiuam habent a Capitulo vel vice versa, vnicam sæpe horam præiudicalem agnoscere debeant, quæ referatur mensi Capitulari

culari

tulari; ac Potentissimus Rex Boruffiæ hæc omnia in præbendis Magdeburgicis immutavit mediante transactione cum Capitulo, ita vt amplius non respiciatur ad menses, sed ad vices, & semper ad alternationem de casu in casum mortis, post quem nouum alternandi modum Rex Potentissimus sine dubio denuo initium facit. Cæterum de restitutione impensarum quædam potuissent proferri, sed quoniam ista res ad scopum nostrum non pertinet, sed potius casum contrarium supponit, inde finem imponimus operi, varia vero de ista restitutione videri possunt apud Carpzov. *Part. 3. C. 32. def. 11. 12. & sequ.* Quoniam igitur ea omnia, quæ de cultura & industria vberius diximus pro certitudine quadam ad certum diem mox Margarethæ, mox Iacobi, sicuti in iure Feudali moribus nostris restricta, & vbi illud non factum, ad generalitatem rationis & arbitrium iudicis recurrendum, inde nunc facile concludimus, quanta prærogatiua sit istorum dierum præ reliquis quoad deuoluendas hereditates, id quod ex antecedentibus apparet, saltem optamus, sicuti pro cuiusque præmio industria & labore hac tractatione singulari laborauimus, vt & nostræ industriæ hoc loco adhibitæ finis sit approbatio saniorum, nam reliquos curare & colere esset labor in agro sterili.

**F I N I S.**

*Erratum enorme præter opinionem irrepsit p. 22. ubi dies Urbani seu 25. Martii pro Maii.*



**V**irtutis primum sicut ardua iuga videntur,  
Illius & sicuti semper amara radix:  
Sic iuuat excelsi transcendere culm  
Olympi,

Donaque diuitiis fert meliora vagis.  
Hinc, Eilere, Tuum supremo laurea docta  
Ornatum studiis cingit honore caput.  
Ecce, iubent longis vigilatae noctibus artes  
Te nunc eximiis annumerare viris.  
Huic igitur lætus pariter congaudet honori,  
Ac Tibi de nouo prospera fata vouet,

IOHANN ANDREAS HAHN

IVR. STVD.

---

**V**irtutis studium, pietas, vigilesque labores,  
Hi faciunt certam ad bona vera viam,  
His, Eilere, Tuas curas operamque dicasti,  
Inde Tibi surgit non periturus honor.  
Nam Themis eximiis Te nunc insignibus auget,  
Amplaque Doctoris nomina ferre iubet.  
Non possum lætis Tibi non applaudere verbis;  
Gratulor ex animo, fausta que porro precor.

Paucis hisce Nobilissimo Dn. Doctora  
gratulari, eique se porro commende  
voluit

IOHANN ELIAS WILHELM

SS. TH. STVD.

